Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36517
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

suavitatem obducit nec permittit mala conscientia ut reficiatur. 25
et pascat obnoxium animum penitentia. Ideo talis quae affectus. talis
peticio. talis penitentia. non est usui aut voluptati sacerdotibus.
Meritoque hyrcus ille qui pro peccato oblatus in holocaustum. quia non
fuit sincera hostia. exustus est quia in eius sacrificio ignis alienus
repertus est. Non est enim acceptum itaque conplacitum et acceptum sacri
ficium deo. Non est enim acceptum non quod fuerit indutus sincer
itatis et veritatis probatum. Ideo et alibi legis duos hyrcos. unum
in quo sors domini. alterum transmissionis. illum in quo sors domini offerri
atque immolari pro peccato. illum vero in quo sors transmissionis di
mitti in desertum. ut accipiat ipsi iniquitates. vel alicuius pec
catoris. Sicut enim duo sunt in agro. et unus eorum assumitur alius dere
linquitur. ita sunt duo hyrci. unus qui ad sacrificium est utilis. alius qui in
desertum dimittitur. Hic nulli usui. neque edendus. neque epulan
dus a sacerdotum filiis. Sicut enim ex his quae aluntur eorum sunt quod bonum
est editur. quod inutile aut malum proicitur. ita et bona opera epula
toria dicimus quae sunt esui. Non placebit quoque domino si manducet
sacerdos sacrificium. in quo fraus sit oblationis. non sedule confessio
nis sinceritas. Et ideo hyrcus iste in desertum dimittendus est
ubi erraverunt patres nostri. Erraverunt in eo et non potuerunt ad re
surrectionis terram pervenire. sed interiit attrita memoria eorum.
Denique quae sint epulatoria opera audi. Et erunt sabbata terrae
vobis escae. Epulatoria enim et refectoria requies in deo. quae facit
animum tranquillitatem. Unde et nos etiam in sermone requiescamus.
Vale et nos ut diligis dilige. quia nos te diligimus

AMBROSIUS hyreneo salutem. Moveri te significas
ti mihi. eo quod legeris abominanda apud egyptios
immolemus deo. sed habuisti quod illud solveres. quia in genesi
scriptum est. quod egyptii pastores pecorum abhominabantur.